Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

expelli foras. Et venient ab oriente et occidente et aquilone et austro: et accumbent in regno dei. Et ecce sunt novissimi qui erant primi: et sunt primi qui erant novissimi.

quam quisque; prius fieri
nititur. Sed dominum
quod nos erat salvato-
ris non respondere interro-
gantibus sed quod eis in-
debatur quo ad eos in-
utilia quaerebant. Sed
respiciendo quod utile
audientibus foret.
Quid autem commodi pro-
venisset audientibus
scire an pauci sint
qui salventur an non
pauci. Necessarium autem ma-
gis erat scire modum
quo aliquis perveniret
ad salutem. Dispen-
satione igitur ad quod nos va-
niloquium inducit dicere.
Transfert sermonem
ad rem magis necessari-
am. Aug. Vel aliter.
Confirmavit dominus quod
audivit. scilicet quod pauci
sunt qui salvantur:
quia per angustam portam
pauci intrant. alio loco
ipse hoc ait. Arta est
via que ducit ad vitam. et pauci sunt qui in-
grediuntur per illam. Unde hic subdit. Quia
multi dico vobis quaerent intrare. Beda. Gaudi-
tis amore provocati. Et non poterunt. Ni-
mia asperitate deterriti. Basilius. Vacillat
enim anima quando considerat etiam eligen-
do virtutem. quando praesentia respicit praeferendo
illecebras. hic intuetur escas carnis: illic
restrictionem ventris. hic ebrietatem: illic sobri-
etatem. hic dissolutos risus: illic copiam
lacrimarum. hic choreas. illic orationes. hic
fistulas: illic fletus. hic luxuriam: illic
castimoniam. Aug. Non autem contrarius sibi
est dominus qui dixit quod pauci sunt qui intrant
per angustam portam. et alibi dicit. Multi
ab oriente et occidente venient. Pauci

sunt in comparatione perditorum: multi in so-
cietate angelorum. Vix inveniuntur grana a
quibus area trituratur: sed tanta massa pro-
cessura est de area hac: ut impleat hor-
reum caeli. Cyrillus. Ea autem detestabiles sunt
qui intrare non possunt: per evidens exemplum
declaravit subdens. Cum autem intraverit pater-
familias et clauserit hostium. incipietis foris sta-
re et pulsare hostium dicentes. Domine aperi nobis. Sicut
si paterfamilias qui multos ad convivium
convocavit. ingresso cum convivis et hostio
recluso: postmodum pulsantes adveni-
ant. Beda. Est autem paterfamilias christus. qui cum
ubique ex deitate sit: illis iam intus esse
dicitur quos in caelo praesens sua visione laetifi-
cat. Sed foris est quasi hiis quos in hac pere-
grinatione certantes occultus adiuvat. Intra-
bit vero: cum totam ecclesiam ad sui contempla-
tionem perducet. Claudet hostium: cum repro-
bis locum paenitentiae tollet. Qui foris stantes
pulsabunt. id est a iustis segregati: misericordiam
quam contempserunt frustra implorabunt.
Unde sequitur. Et respondens dicet vobis. Nescio
vos unde sitis. Greg. Nescire dei improbare est.
Sicut et nescire mentiri iure verax dicitur.
qui labi per mendacium dedignatur. Non quod si
mentiri velit nesciat: sed quod falsa loqui veri-
tatis amore contempnat. Veritatis igitur lu-
men tenebras quas reprobat ignorat.
Sequitur. Tunc incipietis dicere. Manducavimus coram te
et bibimus et in plateis nostris docuisti. Cyrillus.
Haec israelitas conveniunt qui secundum ritum legis
offerentes deo victimas edebant et gaude-
bant. Audiebant quoque in synagogis
libros moysi qui in suis scriptis non quae
sua sunt: sed quae dei edebat. Theophilus. Vel si-
gnificat ad israelitas dictum eo quod ex eis christus secundum
carnem natus est. et cum eo comedebant et bi-
bebant et eum praedicantem audiebant. Sed et
christianis hoc congruit. Nos enim comedimus
corpus christi et bibimus sanguinem cotidie ad
mensam misticam accedentes. docet quoque in
plateis animarum nostrarum. Beda. Vel unusquisque
manducat coram domino et bibit: qui

de ubi cro.

de ubi cro.

ix. mor.